

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De geomantia; de arte geomantiae - Cod. Karlsruhe 1769**

**[S.I.], [um 1600]**

Cap. I.

[urn:nbn:de:bsz:31-250045](#)

O E C O N O M I A 109  
DE OECONOMIA  
Sophoclea.  
C A P . I.

*Quid sit Oeconomia Sophoclea.*

 ECONOMIA Sophoclea, id est, viri docti & literati talis est rei domesticæ & familiaris administratio, quæ nemini nocens rem ita parat, auger, atque amplificat, ut studiosæ, & literatæ vita commendationem interea nō amittat.

Neq; enim rei familiaris amplificatio, pre- Cicero.  
serit nemini nocens vi: uperāda est; sedvi-  
tāda semper est avaritiæ suspicio. Quæ primū Vide tertii  
bene parta sit, ait Cicero, nullo neq; turpi qua- partem T.  
stu, neque odio: tum quam plurimis modo di- Pom. Attici.  
gnis se utilem præbeat: deinde augeatur ratio- Atticus no-  
ne, diligentia, parsimonia: nec libidini potius at- ster hoc ubiq;  
que luxuria; quam liberalitat, & beneficentie  
pateat. Item: Habenda autem, est ratio rei  
familiaris, quam quidem dilabī sinere flagiti-  
sum est, sed ita, ut illiberaltatis avaritiæq; ab-  
fit suspicio. Qui ergo rei familiari augenda,  
locupletandaq; ita dediti sunt, ut interea li-  
teras, studia, nullo nec loco, nec numero ha-  
beat: illi profecto & nomini, & professioni  
viri docti iniuriam faciunt. Nam & Crates  
opes abiecisse, & multos egestate oppressos:

110. O E C O N O M I A

vt Socratem, Epicetum, Lactantium, innumerabiles alios sapientiae opib. omnes Cras-  
si opes superasse nouimus. Atticus certe no-  
ster in summo sapientie, imo sapienter viue-  
di studio; lautissimoque patrimonio, quod  
nullo neq; turpi qnaestu, neq; odioso questu  
partum esset, quam plurimis fere vilē prae-  
bebat: deinde eandem ratione, diligentia,  
parsimonia augebat; nec libidini potius,  
quam liberalitati & bensificiæ patere vo-  
lebat, quemadmodum in pleriq; aphorismis  
à me est annotatum. Itaq; rei domestice & fa-  
miliari via vir doctus studebit; ut a angore, & lo-  
cuptare conabetur, ut interea personam huc-  
rari & docti viri tueatur, & conservet. Sopho-  
cleam autem hanc Oeconomiam appellauim  
us ob eam rationem, quam in prefatione  
in partem tertiam T. nostri Pomponii Atti-  
ci ex Cicerone attulimus.

C A P . II.

*De subiecto Oeconomia Sophoclea.*

**S**ubiectum Oeconomia est familia, &  
Ipsa res familiaris. In familia consi-  
derādē sunt personæ: maritus & vxor.  
Illiū imperium duplex: herile, & pa-  
ternum. Herile quatenus ipse est do-  
minus totius familie, & feruorum.

Pater-